Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



14

nem. ad imaginem dei fecit eum. O posset nos
uidere quae est ista imago dei. et quirere ad
cuius imaginis similitudinem homo factus est; hd
nisi seductor noster. qui est primogenitus om
nis creaturae. De quo scriptum est. Qui est splen
dor aeterni luminis. et figura expressa sub
stantiae dei. Qui ipse dedicit. Ego in patre.
et pater in me. Et. qui uidit me uidit et patrem.
Sicut enim qui uiderint imaginem alicuius. uid et
eum cuius imago est. ita et puer bum dei quae
est imago dei. Dm qui uidit. et uerum erit
quod dixit. qui me uidit uidit et patrem. Ad
huius ergo imaginis similitudinem homo factus est.
et propter eu seductor nr. qui est imago dei. mi
sericordiae motus pro homine. qui ad eius simi
litudinem factus fuerat. uidens eum deposita
sua imagine. maligni imaginem induxisse.
ipse motus misericordiae. imagine hominis ad
sumpta uenit ad eum. sicut et apls contestat di
cens; Cum in forma dei esset. non rapinam
arbitratus est esse se aequalem deo. sed semet ip
sum exinaniuit formam serui accipiens.
Et habitu inuentus ut homo. humiliauit seipsum
hd Non ait dixit. quia factus est hominem ad imaginem suae similitudinem sua.
sed ad imaginem dei fecit eum; quae est ergo alia imago dei. ad cuius ima
ginis similitudinem factus est homo.